



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Londoniensi, Eliensi, & Wiforniensi Episcopis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

nondum animus ejus potuerat inclinari ut familiarem tibi gratiam exhiberet. Nos igitur nis auditis, de consilio fratrum nostrorum hoc modo circa præfata regalia duximus procedendum, ut & reciperemus ea sine præjudicio juris tam ecclesiastici quam regalis, & tibi etiam tribui mandarem, ita quòd sibi pro ipsis quemadmodum tui prædecessores suis progenitoribus teneris. Vnde venerabilibus fratribus nostris Londoniensi, Eliensi, & Wigornienfi Episcopis per nostras damus literas in mandatis ut, proviso prudenter ne quid deceptionis contra libertatem ecclesiasticam interueniat, prælibata regalia præscripto modo recipiant, tibi que conferant vice nostra, si forsan idem Rex, cui super hoc affectuosissimè scribimus, induci nequiverit ut ipse conferat ea tibi, & his que superius sunt expressa rite peractis, sententiam interdicti relaxent, faciendo te, sicut expedit, ad Cantuariensem Ecclesiam proficisci. Monemus ergo fraternitatem tuam & exhortamur attentius, per apostolica tibi scripta mandantes quatinus tuam ponens principaliter spem in Domino, circa præfatam Regem talem te satagas exhibere quòd ad profectum Ecclesie tibi commissæ melius promovendum familiaritatis & gratiæ suæ possis tibi comparare favorem. Speramus enim in eo in cujus manu cor Regis existit, & quocunque voluerit vertet illud, quòd sicut in hoc negotio consilium ejus in parte dirigere jam cepit, ita ipsum finali quoque prosequetur effectu, ut ad curam suscepti regiminis efficaciter exequendam tibi non solum impedimentum non inferat, sed adjumentum impendat. Datum ut in alia.

LONDONIENSI, ELIENSI,
& Wigornienfi Episcopis.

Epist. 91.
De eodem articulo.
Epist. 89.
Epist. 100.
Cap. 131.

Epist. 91.
De eodem articulo.

Fraternitati vestræ præsentium auctoritate mandamus quatenus mandatum quòd super negotio Cantuariensis Ecclesie per alias litteras nunc ultimò vobis facimus diligenter per omnia observantes, cum universa que continentur sub ipso fuerint rite peracta, si fortè super aliquo quicquam quæstionis emerferit, à carissimo in Christo filio nostro Iohanne Rege Anglorum illustri idonea cautione recepta quòd nostro consilio & mandato pareat super eo, interdicti sententiam nihilominus relaxetis. Datum ut in alia.

Tom. II.

NICOLA O ABBATI
monasterij sancte crucis quod dicitur
de Saxovivo.

Epist. 92.
De confirmatione privilegiorum.
Vide lib. 13.
epist. 107.

IN privilegio felicis memoriae Paschalis Papæ secundi de verbo ad verbum sic perspeximus contineri. PASCALIS Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Alberto Abbati monasterij sancte crucis quod dicitur de Saxovivo ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Divinis præceptis & apostolicis monitis informamur ut pro Ecclesiarum omnium statu impigro vigilemus effectu. Eapropter Ecclesiam sancti Apolenaris juxta Sambrium fluvium tua tuorumque successorum sollicitudini regendam disponendamque committimus. Quam videlicet Ecclesiam Mevanus judex in juris proprio fundo constituens, beato Petro sancteque ejus Romanæ Ecclesie obtulisse memoratur, ubi etiam seipsum secularibus curis exutum ordini monastico mancipavit in quo nimirum loco jamdudum disciplina dissolutio contigit. Ad reformandam igitur ordinis monastici disciplinam, supradictam beati Apolenaris Ecclesiam tuique successoribus committentes, monasterio vestro, quod per Dei gratiam disciplina dicitur ac religione pollere, tamquam membrum capiti in perpetuum cœnimus, statuentes ut universa ad supradictam Ecclesiam pertinentia in vestra semper dispositione permaneant, nec nulli deinceps personæ liceat aut ipsam Ecclesiam aut prædia vel bona qualibet ad eam pertinentia quibuslibet in locis sita à monasterio vestri possessione subtrahere, sed sic in perpetuum conservetur sicut in præsentis decreti pagina officij nostri sancte auctoritas. Si quis autem, quod absit, ausu temerario huic nostro decreto contraire tentaverit, honoris & officij sui periculum patiat, aut excommunicationis ultione plectatur, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit. Sanè pro eadem Ecclesia censum denariorum quatuor quotannis Lateranensi palatio persolveretis. Datum Laterani per manum Iohannis sancte Romanæ Ecclesie Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarij xv. Kal. Aprilis, Indict. ix. incarnationis dominicæ anno m c xvi. pontificatus autem Domini Paschalis II. Papæ anno septimo decimo. Nos igitur ipsius prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, ut ejus constitutio debitum consequatur effectum, eandem constitutionem præsentis pagina

Z ij